

Q.R. 164.

(11)

Ve
1586

21.

DISSERTATIO IURIDICA

DE

NEXV

X 1378046

IURISIVRANDI,

QVO

FIDELITAS ET SVBIECTIO
CONTINENTVR,

QVAM

PRAESIDE

IO. HENRICO BERGERO, D.

Potentissimi Regis Poloniarum & Electo-
ris Saxon. in summo Provocationum Senatu Consi-

liario, Collegiorumque Iuridicorum, quae Vitembergae
sunt, nec non Iudicii Inferioris Lusatiae
Assessore,

Publicae eruditorum disceptationi submittet

Ad Diem IV. Decembris, Anno M DCC.

AVCTOR

IOHANNES GEORGIUS
BOERNERVS, Dresd.

BIBLIOTHECA
MUSIKANTARA

VITTE-BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
21

VITEMBERGAE,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

Vir. Ap. 268



DISSERTATIO IURIDICA
DE

LEX V

IURISVRANDI

FIDELITAS ET SVBIECTIO

CONTINENTVR

PRÆSIDIO

IO. HENRICO BERGERO. D.

Præfessionis Regis Poloniarum & Electo-

ris Saxon. in Regno Poloniarum omnium Saxon. Consi-

liario, Collegio univ. Juridicorum, p. V. Viriobergae

inve. nec non Iudic. Superioris. A. I. A. I.

Abste.

Publica cunctorum disputationi subiacet

Ab Die IV. Decembris. Anno M. DCC.

AVGVSTOR.

IOHANNES GEORGIVS

BOERNBERVS, Dilect.

Typographus

In Typographia Joh. Georg. Boernber. in



21

VIRIS

ILLUSTRIBUS, EXCELLENTIS-
SIMIS AC MAGNIFICIS,

DN. IACOBO
BORNIO,

Potentissimo Poloniarum Regi, &
Principi Electori Saxoni a Consiliis
interioribus, &c. &c.

DOMINO

IO. ABRAHAMO

Birnbaum/

Augustissimi Regis Poloniarum, &
Principis Electoris Saxonis Consiliario
Intimo, & Vice-Cancellario,
&c. &c.

A a

Ut

Ult &
DOMINO
IO. AEGIDIO
ALEMANNO,

Potentissimi Regis Poloniarum, &
Principis Electoris Saxonis Consiliario
Aulae, Iustitiae & Fodina-
rum, &c. &c.

PATRONIS SVIS PERSANCTE
COLENDIS, AFFINI, ATQVE PROMOTO-
RIBVS MAXIMIS,

Exercitationem hancce Academicam
summa cum observantia dedicat
ac consecrat,

Subiectissimus eorum cliens

AUCTOR.



B. C. D.

§. I.



E nexu iurisiurandi, quo fidelitas & subiectio continentur, in Saxonia imprimis, quædam differere, cum animus sit, id deprecamur modeste, ne quis vitio nobis vertat, si argumenti indolem & naturam, quæ non certa juris ratione aut fundamento, sed consuetudine potius & præscriptione longissima nititur, minus, ac fieri par erat, accurate describamus. Quod quidem si quemvis alium diligentius concinniusque facturum libenter concedamus; certiora tamen, quam consuetudinis, fundamenta afferri posse, prorsus negamus: qua de re in sequentibus plura.

§. II.

Quamvis autem non abnuerimus, in illis in *Propositio.* universum provinciis, quibus Landsassiatu receptus est, sigillatim in Marchia Brandenburg. Austria, Bavaria, Hassia, Thuringia, Palatinatu, Iuliaco quoque, nexum utriusque iuramenti conspicuum esse; *Conf. Hortleder. de C. B. G. lib. 5. c. 18. 30. Limn. lib. 6. c. 4.*

A 3

n. l.

n. 1. seqq. tamen in commentatione præfenti ad Saxoniam potissimum respicere animum induximus, in hac maxime utriusque iuramenti nexum, maiori cum effectu, quam ille in aliis regionibus deprehenditur, demonstraturi: Quapropter operæ pretium fuerit, ab ultima inde origine rem repetere, & argumento, non certa legislatione munito, lucem quandam afferre.

Nobiles primi quoque Germani habuerunt,

§. III.

quorum nobilitas tamen non sanguine & beneficio Regis, sed virtute quaesita,

Horum imperio gubernati Germani sunt.

Nobilitatem iam a primis inde temporibus, quibus Germani non amplius hinc inde dispersi, iunctas sedes habuerunt, atque adversus hostium incursiones hoc sese præsidio munierunt, cœpisse; testis est sat locuples Cornelius Tacitus: dum *Reges* (abusive sic dictos) *ex nobilitate sumpsisse*, ait, *Germanos, qui iura per pagos & vicos reddant. de morib. Germ. c. 7. & alio loco: insignis nobilitas, aut magna patrum merita Principis dignationem etiam adolescentulis assignant cap. 13.* quæ in genere nobilitas erat, non beneficio summi Regis, quem nullum habebant, tributa, sed virtute quaesita. Sed nec solus ille, quem Regem mox appellavit Tacitus, nomine magis, quam re talem, in vico ius dixit, verum cum assessoribus iudicio datis, ex ingenua plebe, quam vocat Conringius *de urbibus Germanicis §. 47.* oriundis. Sic enim porro Tacitus: *centeni, inquit, singulis ex plebe comites consilium simul & auctoritas adsunt; illi Graffen seu Iudices dicti, hi Schöppen/ seu assessores. Conring. dict. loc. conf. Leiseri Diss. de Schriftsassen & Amtsassis §. 5.* Unde colligitur, silentibus etiam Romanorum monumentis, regiminis formam puram non fuisse, sed cum Aristocratica mixtam vid. Conring. *l. cit. §. 45.*

§. IV.

Hac forma sine dubio gubernati longo tempore Germani sunt; (solis enim Cis-Rhenanis populis a Romanis subactis, per magistratum Romanum, cum Imperio & securibus eo missum, est imperatum) donec Francorum potentia reliquis fortior feliciorque Germanos fregit, in ditionemque, antequam plene victi, debellatique essent, redegit, & præter tributa, devictarum Gentium more imposita, magistratus constituit, qui Latino idiomate comites sunt dicti: quod tamen non familiæ seu dignitatis, sed officii, nomen fuit. Magna horum Comitum Ducumque potestas fuit, utpote qui cum imperio, precario tamen, non suo, *Lehm. Chron. Spir. lib. 2. cap. 16.* præerant Provinciis & diffitis & multis, parum aut nihil libertatis Germanicæ relinquentes, ut Regalium nova vox, aut vocis certe acceptio tunc invaluerit. *Conring. de Urbibus Germ. §. 59.*

§. V.

Circa hæc tempora iuramentum fidelitatis, nomine Regis exigi solitum est, quo arctiori vinculo cives obligarentur; ita enim *Lehmannus in d. Chron lib. 2. c. 18.* Rex Ludovicus sc. Francos, Almannos, Saxones & Thuringos sibi fidelitatis iure confirmat. Hoc vi sua sub se comprehendisse subiectionis obligationem, *Schilterus ad Ius Feud. Alem. c. 4. §. 9.* latius docet, dum iuramentum fidelitatis non ad mere Vasallos non-subditos, sed Vasallos subditos pertinuisse, & vocem *Hulde* in antiquissimis formulis deprehensam, utrisque communem fuisse, revincit. Cui sententiæ multum favet *Const. Carol. M. anno Christi*

Donec Francorum potentia victi.

Origo iuramenti fidelitatis & subiectionis asseritur.

802. edita, his verbis: *qui autem fidelitatem regis nomine promiserunt, nunc ipsum promissum hominis (hominii) praestent.* Schilter. *cit. cap. §. 6. ad rubr.*

§. VI.

*Præfetti
Provincia-
rum sum-
mam rei ap-
petunt.*

Sed his non obstantibus Comites, ceterique provinciarum præfetti, secunda fortuna elati, summam rei appetierunt, nec administratorio amplius, sed suo iure, præesse voluerunt. Cuius rei initia ad Caroli M. ætatem refert Zieglerus *ad Præxin Calv. conclus. 1. §. Landsassii n. 7.* Hunc enim, ait, certas maluisse dare provincias, ut præfectos earum sibi magis devinciret, quam ut omnia retinendo, de summa Imperii periclitaretur. Sed nos potissimum Lehmannum Auctorem sequimur, qui primum Saxoniae Ducem Henricum, seculo demum nono, quem administraverat, Ducatum hereditario iure acquisivisse, ex B. Rhenano confirmat *lib. 4. Chron. c. 1.* cum quo consentit Pufendorfius, nisi quod Henricum Saxonem vi arripuisse regimen in territorio suo, non voluntate propitia Conradi Cæsaris, arbitretur. *In der Einleitung zur Historie c. 8. §. 2.*

*Inter hos
primus Hen-
ricus Saxo-
picio Pu-
fendorffii.*

§. VII.

*Henricus
Saxonie
terras iure
hereditario
acquirat, &
subiectionis
iuramento
Vasallos in-
simul ob-
stringit.*

Hæc initia sunt iuramenti fidelitatis & subiectionis, quod sine dubio Saxoniae Duces, interque hos primus Henricus, post impetratum ius imperandi plenum in territorio, communicatamque ab Imperatore Maiestatem, a subditis & incolis sine exceptione omnibus exegerunt, addictiori gubernandi modo, & nullo renitente tutati sunt, Vasalorum conditione fere in subditorum, conversa: quod ex formula, *getreu/hold/gewärtig und gehorsam zu seyn/eli-*

elicitur; qua cum subiectos se fore profiteantur sancte, conf. Gail. *de Arrestis c. 7. n. 11.* ea quoque, quæ Vassalli sunt officia, erga dominum directum, non minus se præstituros esse, pari religione confirmant. Et ne quis ex coniecturis nos loqui autemet, repetimus ea, quæ supra §. 5. de Regibus Germanorum dicta sunt. Sigillatim autem de Ludovico Pio, ex Lehmanni *Chronico Spir. lib. 2. c. 18.* constat, eum fidelitatis iuramento, quod ex formula Patris Caroli M. adiecta subiectionem quoque continuit, adstrinxisse Saxones & Thuringos: quale iuramentum haud dubie deinceps continuatum per Duces, iure Magistratus præsidentes provinciæ Saxonicæ, donec Henricus, quod diximus, rerum potitus, suo & hereditario iure terras has acquisivit.

§. VIII.

Quæ res uti ex consuetudine, & adstrictiori regendi modo, qui territoriali potestati, Beckeri iudicio, in *Synops. J. P. lib. 3. cap. 4. n. 18.*, fere in infinitum progressæ extensæque, non contrariatur, profiscitur; ita tanto magis difficile & periculosum est, accuratam rei definitionem dare, quo minus territorialis potestas, Principibus ab Imperatore concessa, apud omnes æqualis, & sui similis, certisque cancellis circumscripta, deprehenditur. Quod varium regendi ius non potest non variam subditorum conditionem constituere, quæ adeo pro locorum territorialiumque diversitate, aliter atque aliter describenda est.

§. IX.

Ex his liquere arbitror, quam difficile, sit the-

B

ma

Definitio.

ma nostrum accurata definitione comprehendere. Allaborabimus tamen, quoad ejus fieri potest, sine ambage, verborum cura ad Grammaticos remissa, rem ipsam delineare. Iuramentum fidelitatis & subiectionis est assecuratio de fidelitate & obedientia, quam is, qui in territorio feudum inhabitat, vel possidet tantum, (vocabulo latius accepto) domicilio alibi constituto, territorii domino præstat, ita ut illi per omnia & in omnibus, huic in quamplurimis imperari possit. Genus definitionis usurpatum approbatumque invenitur apud Maulium *de homag.* §. 1. Georg. Brautlacht. *in Jurisprud. publ. l. 2. c. 11. §. 3.* Differentia vero, quod ad habitantes in territorio, qui Landsassii dicuntur, annotata est Wehnero *in obs. Pract. v. Landsaß* &c.

§. X.

Ordo traditorum.

Insistemus autem ordini, quem definitio ostendit, per partes singulas eundo, tum & insigniores effectus, ex nexu utriusque iuramenti redundantes, nec minus, si quid aliud occurreret, prout assequi per ingenium licebit, recenserebimus.

§. XI.

Reiicitur opinio Myleri ab Ehr. genus definitionis obligationem constituentis.

Genus definitionis obligationem aut vinculum statuere, quod facit Mylerus ab Ehr. *c. 33. n. 2. de Princip. & Stat. Imp. Germ.* propterea non visum fuit, conveniens, quod obligatio non ex iuramento præstito, sed ex ipsa re, feudique possessione, oriatur. Neque etiam iuramentum de feudi essentia est *arg. 2. f. 3. in fin.* nec ideo Landsassius quis dicitur, quia iurat, sed ideo iurat, quia est Landsassius; hinc iuramentum plane abesse potest, non fides. Et sunt, qui homagium

magium capitaneis feudi denen hohen Mannen / si à paribus aut minoribus dignitate, feuda obtineant, remissum scribant. Schoner. *Ichnog. feudi 2. n. 40.* quod ipsum exemplo suo Electores Saxoniae, a Bambergenfi Episcopo feudum recognoscentes, affirmant. Eyben. *in Elect. jur. feud. c. 11. §. 9.* Tum & sciendum, iuramentum in se non producere obligationem, sed obligationis iam existentis, illiusque validae, accessorium esse. Pufend. *de Iure nat. & gent. l. 4. c. 1. §. 6.*

§. XII.

Iuramenti nostri, quod merito, propter duplex obiectum, mixtum dicimus, duæ partes sunt, ^{Iuramenti fidelitatis & subiectionis} fidelitas & obedientia. Fidelitas, (quam veteres homines ^{duæ partes sunt.} vocabant, vid. Otto Frisingensis *lib. 1. c. 20. de rebus gestis Friderici Aenobarbi*) dicitur *Hulde / Treue / in variosque abit significatus.* Alia enim est ^{Fidelitas} *jurisdictio- nis & administrativa* *Ambts- und Dienst- Pflicht / quæ triplex est.* ab administratore officii, a Principe impositi, præstatur, alia ^{Fidelitas} *subiectionis & obsequii*, quæ ratione superioritatis territorialis vel Imperii a subditis præstatur. *Erb- und Landes- Huldigung /* alia denique *feudalis*, quæ ^{Hoc loco} a Vasallo respectu feudi, a domino concessi, iuratur ^{feudalis intelligitur.} *Lehns- Huldigung /* & huius maxime loci est. Quæ in quo consistat, diligenter soliciteque descriptum reperitur *2. feud. 6. & 7.* ubi Vasallus promittit, se dominum semper *incolumem*, (scil. quod ad personam) *tutum* (quod ad bona) *bonestum* (quod ad famam) præstiturum, germanice, *Leib / Guth und Ehre zu beschützen*; atque omne facturum, quod ipsi sit utile, Vasallo facile & possibile; sc. viro constanti & strenuo, unde Vasallus fortalitium, quod defendi nullo modo posse videt,

det, tradere potius hosti debet, quam præsenteam mortem subire, conf. Dn. Strykius *exam. iur. feud. c. 13. quest. 10.*

§. XIII.

Textus 2.
Feud. 5.

Non piget verba referre 2. *feud. 5.* in quibus tres illæ fidelitatis species distinctim memorantur: *Vasallus fidelitatem sic iurare debet: Ego iuro ad hæc sancta Evangelia; quod ero fidelis huic, sicut debet esse Vasallus Domino, nec id, quod mihi nomine fidelitatis commiserit Dominus, pandam alii ad eius detrimentum, me sciente. Si vero domesticus aut familiaris (puta Domini minister) eius sit, cui iurat, aut si ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sit sub iurisdictione eius, cui iurat, nominatim vitam, membrum, mentem & eius rectum honorem custodire jurabit.* Haftenus Obertus.

§. XIV.

Officium
Domini erga
Vasallum
explicatum.

Convenit e contrario correlatorum iure, ut Dominus comiter habeat Vasallum, & fidem reciprocam præstet, quo illud Germanorum valeat: *Getreuer Herr / getreuer Knecht / vid. Rosenthal. disp. II. quest. 19. n. 10.* quamvis regulariter nunquam fidem iureiurando devinciant Domini, ut Vasalli quidem, Eyben. *in elect. iur. feud. c. II. §. 10.* Tum vero hæc fides, quam reciprocam præstare dominum debere asserimus, mitius est intelligenda, ita ut reverentiæ & obsequii vinculis eximatur. Ac Vulteius quidem *1. feud. 10. n. 47.* de mutua fide agens, duobus eam severitatis ac defensionis capitibus includit, multosque dari casus asserit, quibus ad paria non obligentur Senior & Vasallus. Indeque evenit, ut quam ob causam utili Dominio, Vasallus, ob eandem directo, dominus non statim
prive-

privetur vid. Schrad. 6. feud. 7. Hartm. Pistor. L. 3. quest. 22. n. 6. Denique argumenta rerum docent, quotidie conveniri Vasallos propter commissam Feloniam, feudisque exui, rarissime tamen propterea, proprietate sua privari leniores.

§. XV.

Quæ omnia tanto validius elucescunt ex usu iuramenti nostri, quod non in sola fide obliganda subsistit, sed obedientiam quoque, quod secundum eius membrum est, promittit. Hoc ipso enim quo magis obligantur domino Vasalli, eo modestius fidem eiusdem expetere, aut de ea conqueri habent necesse. Non pœnitet autem, hæc ipsa cum fidelitatis requisitis retulisse, quia, si propter mutatam subiectionis vinculo naturam iuramenti Vasallitici, non omnia separatim accommodari nostris Vasallis, utpote arctius adstrictis, possunt; eo melius tamen propositum argumentum illustrabunt, & quo usque nexus utriusque invicem conspiret, explanabunt rectius. Scilicet altera hæc iuramenti nostri pars basis est & fundamentum, quasique lapis angularis, in quo innititur sublime imperantis, Saxonis imprimis, sceptrum, arctior vero parentium conditio efficitur, eo deterior, quanto imperantis est melior.

Quod propter secundam iuramenti nostri partem, obedientiam, remissius accipiendum.

§. XVI.

De origine eius & quomodo id iuris sibi inter Ordines Imperii maiores haud dubie primus assertum iverit Saxo, exemptionem a subiectione Imperatoris adeptus, probavimus §. 6. imo si Schiltero credimus: nulla primis temporibus formula fidelitatis Vasalliticæ fuit subiectionis expers; sic enim ille

Opinio Schilteri, qui inde ab antiquissimis temporibus conjuncta fuisse

iuramenta si- delitatis & subiectionis arbitratur. *Comment. iur. feud. Sax. c. 4. §. 9.* antiquior mihi videtur obligationis Vasalliticæ exactio, quam subditorum in universum. Nam ut Romanis nulla a subditis subiectionis solennis fidelitas & iusiurandum exigebatur, ita nec Germanis ab antiquo usitatum id videtur; sed præter commune iuramentum militare, peculiariter obligabant militaria ad servitia Vasallos, qui tamen iam subditi, iique primarii, habebantur, qua de re plura vide *c. loc.*

§. XVII.

Quæ non contrariatur assertis supra positis. Quibus Schilteri assertis non contrariantur ea, quæ supra sub initium Disputationis §. 7. dicta sunt. Licet enim post seculum demum a Caroli M. tempore computandum, Præfectus Dux Sax. Henricus Superioritatem terrarum suarum acquisiverit; tamen hinc inde iuramenta Vasallitica a Vasallis, non qua talibus solum, sed qua subditis quoque præstita cum sint; nihil obstat, quo minus eo quoque iure, legeque translata Saxoniam credamus. quamvis singulares iuramenti effectus, ut simultanea investitura &c. hætenus essent incogniti. Inprimis cum credibile non sit, Saxones Cis-Rhenanos, utpote ceteris populis obstinatioribus, & serius victos, primos & solos hunc favorem meruisse, ut Vasalli ipsorum subiectionis vinculo sensim liberarentur, atque adeo succedente demum tempore illud videatur introductum.

§. XVIII.

Moribus Teutonicis Dominium Accedit, quod Teutonicis nationibus solenne fuit, ut dominium rerum omnium tam soli, quam quæ in solo sunt, occupanti universitati reliquerint
Conf.

Conf. Schilt. *ad Inst. lib. 2. tit. 1. apb. 17.* quod Iulius Cæsar confirmat, dum Germanis, inquit, privati ac separati um tam soli, *agri nihil fuit. de bell. Gall. l. 4.* similiter Tacitus *de moribus Germ. c. 26.* agri, ait, pro numero cultorum ab universis per vices occupantur. Hinc eiusmodi sylvæ, agri, pagi, loca publica & communia in legibus Gothicis Allmännig dicta fuerunt, referente Schiltero, adeo ut Alemannos inde vocatos esse, verius putet, *Ex. ad π. 4. §. 13.* Quæ quidem si vera sunt, idem omnino jus victis Germanis, Imperatoribus mansit; a quibus cum Saxoniarum Duces acceperint has terras, illud ipsum, quasi per manus traditum, factum atque tectum servarunt; ut, cum a Principe universitatem, mutato statu Democratico, repræsentante, singulis Domina certa distributa sint, Schilt. *ad Instit. lib. 2. tit. 1. apb. 16.* sub lege fidelitatis subiectionisque distributa ea esse, nexus rerum & historia persvadeant.

§. XIX.

Subiectum definitionis activum est is, qui in territorio feudum habet, & domicilium constitutum, vel bona saltem possidet. Namque ex territorio & distrinctu Saxoniarum Regionum metimur Vasallos, quos non nisi subditorum conditione ea terra fert, *denn daraus entspringt die Landsasserey / Besold. thes. pract. v. Landsaß / a verbo sitzen / wo angesessen seyn / quia nemo ibi sedere potest, nisi cum onere subiectionis.* Nam vocabula Landes-Obrigkeith und Landsaß / tanquam activum & passivum se mutuo respiciunt. *Besold. loco cit.* ubi noviter inventam vocem, ait, rei tamen minime novæ. Et Schilterus quidem *Diss. de Landsassis exercit. π. inserta c. 2. §. 10.* Landsassiatum describit

Subiectum
Definitionis
activum
Vasallus est, sive
feudum in-
habitet, sive
alibi domi-
cilium con-
stituerit.

Landsassia-
per tus quid?

per qualitatem moralem Possessoris prædii Landsassici, qua talis; Vnde ignobilis seu rusticus, bonum feudale acquirens, Landsassius dicendus; nobilis vero, rusticum comparans, eatenus rustici iure censebitur; nec hoc respectu Landsassius vocandus, alias omnes rustici hoc nomine essent appellandi, quod absolum foret. Et quamvis aliqua dignitate & iurisdictione gaudeant in homines sibi subiectos Landsassii; tamen usu & tractatione rerum invaluit, ut vox hæc non tam iura Landsassiorum in suos subditos, quam iura Dominorum territorii in ipsos exprimat. Schilt. c. 1. §. 12. qua de re infra plura.

§. XX.

Distinctio, qua territorium aliud clausum aliud non clausum asseritur, ad Saxoniam maxime pertinet.

Huc pertinet distinctio, qua territorium aliud clausum, aliud minus clausum vocatur. Clausum inter alia maxime Saxonicum habendum est, ubi nemo territorii Saxonici incola exemptione gaudet regulariter; hinc in mandatis hæc verba leguntur: *Wir befehlen allen Prælaten / Graffen / Freyherren / &c.* qui ergo exemptionem se hoc nexu asserit, illud probare debet, nec ad libertatem naturalem provocans, auditur; non magis, ac rustici ab onere vehendi tignum ad ædificia nobilium, immunitatem prætendentes: cum iuris communis præsumptione utrobique libertas elidatur, & altera quidem per consuetudinem Saxoniam universalem, altera vero per leges publicas; adeo ut, qui titulum possessionis suæ aut exemptionis non doceat, statim ad subiectionem redigatur, nec emolumento possessionis, nec remedio redintegrandi, audiatur, Myler. ab Ehrenbach. *de Princip. & Stat. Imp. lib. 2. c. 89. n. 4.*

§. XXI.

§. XXI.

Qua in re nos confirmat tenor literarum Ducis Saxoniae Johannis Casimiri ad Proelectorem Fridericum Wilhelmum perscriptarum; cum dubitaretur, an Provinciae Saxonicae, qua in Franconiae, territorii minus clausi, fines porriguntur, qualitatem suam mutant, & Franconiae, quam attingunt, iure censeantur: his verbis, prout ea Carpzovius *de Privil. Ducum Sax. de non appellando* tb. 53. refert, So hat es auch die Meynung gar nicht / wie Ew. Liebden Rath D. Hartmann Pistoris erinnert / daß sich die Ritterschafft (nemlich so mit Francken gränzet) vor uns / als dem ordentlichen Richter / zu stehen nicht schuldig erachten wolten / denn sie uns jederzeit dafür erkennen / in persönlichen und dingslichen Klagen für uns gestanden / Recht geben und genommen / *Indicium de distinctione locorum in* unde parum utilitatis in Saxonia habet *Et de territorio.* distinctio; quando locus alius in territorio, alius de territorio esse dicitur, quamvis eandem Carpzovius laudet *Proc. tit. 2. art. 2. n. 17.* Conf. Vietor *de Caus. Exempt. Imp. concl. 27.*

§. XXII.

Hæc de eo, qui in territorio Saxonico feudum, *Vasallus bono domicilio ibidem constituto, habet, & præstito iuramento fidelitatis atque subiectionis, subditus & Landfassius est, de quo minus est dubium. Sed quid de eo statuemus, qui bona saltem in Saxonia possidet? nec inhabitans, incongrue Landfassius dicitur.* Equidem iure quoque Romano non incognita est distinctio inter forum domicilii simpliciter, & domicilii bonorum, *L. 27. §. 2. ad Municip. L. 2. C. ubi sen. Clar.* Illud est, ubi quis habitat; hoc, ubi bona aut

C

maxi-

Omnino vero secundum Jus Romanum & consuetudines aliorum locorum, si maximam bonorum partem alibi quis constitutam habeat.

Secus existimatur in territoriis, que vocant, clausis.

Secus dicendum, idem iure Romano, si pars bonorum non magna alibi possessa.

maximam eorum partem habet: quæ habitatio in actu primo, & potentia consistit, ut quoties velit, actu quoque ibi habitare possit, & velle præsumatur: quod nullum non esse, aut cerebrinum, effectus fori in personalibus quoque sic fundati, demonstrat, Franzk. *Resolut. c. 16. n. 15. & 30.* Schilter. *Exerc. 13. §. 23.* Unde minus dubium est, illum, qui potiore bonorum feudalium partem in territorio Saxonico possidet, licet alibi habitet, propter præstitum in loco possessionis bonorum, homagium, pro Landsassio haberi; iure civili quoque suffragante, cum nemo custodiam rerum suarum, earumque potissimarum, negligere velle, aut non ibi quoque habitare, præsumatur. Gail. *de Arr. Imp. c. 7. n. 7. 8.* quod tamen in territoriis clausis, ut vocant, non admittunt, sed ad constituendum Landsassium, incolatum ipsum, & domicilium requirunt Becker. *Syn. 1. Publ. L. 3. c. 4. n. 17.* quamvis alioquin etiam non-incola generali Landsassius vocabulo contineatur. *conf. ib. 42.*

§. XXIII.

Sed de eo maior dubitatio est, cui minima pars bonorum feudalium in alio territorio relicta, reliquis alibi, cum domicilio, constitutis. quo casu ius Romanum præsidio non est. Diximus enim, ut quis bonorum domicilium habere dici queat, requiri habitationem actu primo, coniunctam cum præsumta animi destinatione ibi habitandi *l. 27. §. 2. π. ad Municip.* quæ destinatio hic plane cessat, cum nemo maximam bonorum partem derelinquere, eorumque curam deponere velle, præsumi possit. Unde nec sola
domus

domus possessio in alio loco, iure Romano, ad onera municipum obligabat *l. 17. §. 5. & 11. π. ad municip.* omnino vero altero casu, quo maior pars bonorum alibi habebatur *cit. legg.* quod hodieque servari, testatur, Carpzovius *2. Resp. 22.*

§. XXIV.

At quamvis suffragio Romani Iuris destituamur, idem tamen præstat nexus iuramenti fidelitatis, & subiectionis inprimis in Saxonia, ut bonum feudale ibi habens, Landsassiatu certe vinculis adstringatur; quando ex generali huius regionis consuetudine nulum in ea bonum acquiri compararique potest, nisi cum onere subiectionis, *Gail. de Arr. c. 7. n. 8.* Enimvero in contrarium abit *Aym. Cravetta conf. 201. n. 16.* Ratione partis bonorum, alibi sitorum, subiectionis quæ vinculis in Saxonia nihilominus adstringitur. *Dissentit Cravetta,* ratur, solius bonorum possessionis subditum dici quem simpliciter non posse, ut Iurisdictio generalis, & omnimoda in eum exerceri possit, coram iudice loci, in quo bona sita sunt, *tot. tit. C. ubi in rem actio.* neque adeo iuramentum fidelitatis & subiectionis præstari debere, cum hoc individuum sit, & in loco domicilii præstandum. Verum non assecutus est *Cravetta,* Cui respon- indolem atque vim consuetudinis, in qua nostrum detur. iusiurandum innititur. Neque enim repugnat, unam eandemque personam ratione diversa modoque cense- feri, prout qualitas & conditio personæ variat. Idem cum *Cravetta* sentit *Zachar. Vietor,* qui in causa Wal- deccensi contra domum Hassiacam scripsit, cui opponimus *Gailium* nostræ sententiæ autorem, qui eiusdem rationes refellit.

§. XXV.

Quo quidem loco non est prætereunda memo- rabilis homagii in

personale & reale affer- tur, & Re- sponso Vi- tembergensi firmatur. rabilis distinctio homagii in personale & reale; quo- rum alterum præstatur ratione domicilii a folis sub- ditis, alterum extraneis ratione bonorum immobi- lium, quæ possident, imponitur. Quam laudat a Collegioque Vitembergensi iam anno 1687. com- probatam, memorat Dn. Præses *Resol. Lauterb. tit. de iureiur. p. 186.* Neque vero piget, ipsa Responsi verba afferre, præsertim cum ad rem explanandam non- parum conferant:

Seind vor ohngefehr 40. Jahren 2. Fürstenthümer/ welche hievor eine nummehr abgestorbene hohe Familie besessen/ vermittelst gewisser hierüber aufgerichteten Ver- träge gesondert/ und an unterschiedene hohe Häuser ge- bracht worden. Als nun vor einiger Zeit in ermeldten beyden Fürstenthümern eine Veränderung der Gränzen erfolget/ hat sich dabey ereignet/ daß dem Nieder-Fürstenthum unter andern auch die hohe Landes-Obrigkeit über zwey Dörffer / welche die eine namhaffte / unter des Obern-Fürstenthums Hoheit gelegene und verbliebene/ Stadt/ von etlichen Seculis her/ als allodia besessen/ und noch besizet/ abgetreten und zugeleget worden. Worauf die hohe Obrigkeit in angeregtem Nieder-Fürstenthum die Erb-Huldigung von berührter Stadt/ als Besizern obiz- ger zwey Dörffer / gefordert/ da hingegen solche Stadt er- wehnte Huldigung abzustatten/ wie nicht weniger die Herr- schafft des Obern-Fürstenthums darein zu willigen ange- standen/auch beyderseits sich hierwieder fernerweit im Stans- de Rechtens zu schutzen gemeynet/ nach mehrern Inhalt eures uns zugeschickten Berichts.

Wenn nun gleich an seiten ermeldter Stadt/ inglei- chen der hohen Obrigkeit des Obern-Fürstenthums/ fürgez- wendet

wendet werden mögte / daß unterschiedener bewährter
Rechtslehrer Meinung nach / auch ein Privatus, welcher
in auswärtiger Herrschaft Landen Gütere besitzt / des-
halb erwählter frembden Herrschaft die Huldigungs-
Pflicht zu leisten nicht gehalten /

Vultreï. I. de Feud. c. n. 5. Maull. de Iuribus inter Do-
minum & subditum, tit. 1. n. 16. ubi ex Schneide-
wino eam sententiam magis communem, & con-
svetudine approbatam, ait, Rosenth. de feud. cap.
6. concl. 85. n. 8. & in notis Lit. k. ubi eandem testa-
tur in Germania observari frequentius, ita ut
non dubitet, consvetudinem esse generalem.
Thom. Michael. de Iurisdic. concl. 57. b. Schüz. Col-
leg. Iur. Publ. de Statu Rei Rom. Vol. 1. Ex. 6. th. 17. a.

In Erwägung / daß angeregte Pflicht allein von denen
Unterthanen / welche unter der hohen Landes-Obrigkeit
Schutz ihre Wohnung und beständigen Aufenthalt haben /
wegen der persönlichen Unterthänigkeit und Gehorsams-
damit derselben sie verhaftet / genommen werde /

Rosenthal. de Feud. c. 6. concl. 85. n. 9. ibiq; in not. lit. m.
ubi sæpius imo quotidie sic in Camera Imperii
observari, ait. Stephan. de Iurisdic. Lib. 2. p. 1. c. 7.
n. 182. Vietor de caus. Exemt. Imp. concl. 22.

Dahingegen die bloße Possess unbeweglicher Gütere an seiten
der Landes-Herrschaft / worunter selbige gelegen / das Domi-
cilium und persönliche Subiection nicht constituiren mag /
per textus disertos in L. 17. §. 5. & 13. ad municip. L.
6. §. ult. de Muner. Clement. Pastoralis 2. de sentent. &
re judic. Accedit, quod accessorium non de-
beat ad se trahere principale, arg. l. 178. de Reg.
Jur. l. 28. §. 1. de usur. Alciat. Conf. 451. Gail. 2. Observ.

35. n. 2. & Observ. 36. n. 15. Klock. de contrib. c. 11.
n. 5.

hiernächst der Eyd der Unterthänigkeit in denen Kaysertlichen Rechten nicht verordnet / sondern / nach Wahn unterschiedener Rechtsgelehrten / allererst nach Anleitung derer Lehn = Rechte durch Gewohnheit eingeführet /
Ioh. Saison in *Consuet. Turon. tit. 2. artic. 1.* Molin. *Consuetud. Parisiens. tit. 1. § 3. n. 6.* Vultei. 3. *Cons. 35.*
ingleichen die Aehnlichkeit einer Servitut nach sich ziehet /
Ioh. Baptist. *Asin. de Execut. §. 9. c. 5. n. 2.*

und daher / als *stricti iuris*, alsofort auch auf die Gütere nicht zu ziehen / ferner nicht zu leugnen / daß von der Lehn = Pflicht auf die Erb = Huldigung / wegen des hierunter befindlichen grossen Unterscheids / und fürnemlich da jene in *recognitionem beneficii*, diese aber *ad arguendam personæ subiectionem & obedientiam* abgelegt wird /
2. *Feud. 5.*

füglich nicht geschlossen werden mag.

Fuse Vietor *dict. tract. de caus. Exemt. Imp. concl. 22.*

Endlich an seiten der hohen Obrigkeit des Dörm-Fürstenthums / im fall der Unterthanen Eyd von ermeldter Stadt geforderter massen geleistet werden sollte / ein sonderliches Nachtheil zu besorgen / in Betrachtung / daß gedachter Eyd als ein *argumentum superioritatis* und *subiectionis* geachtet wird /

DD. apud Reinkingium *de Regim. Sec. & Eccl. L. 1. cl. 5. c. 4. n. 3. & 4.*

dergestalt / daß auch vermittelst alter Urkunden / worinnen die Notul der Erb = Huldigung enthalten / angeregte Nothheit und Unterthänigkeit erwiesen werden mag.

Mascard. *de probat. Concl. 947. n. 19. & 21.*

Demnoch

Dennoch aber und dieweil die hohe Landes-
 Obrigkeit nicht allein die ihr unterwürffige Perso-
 nen / sondern auch die darunter gelegene unbeweglich-
 che Gütere beständig afficiret / und in sich fasset /
arg. l. 1. §. 4. de off. Praef. urb. l. 239. §. 8. de V. S. Can. o-
mnes basilicae 10. c. 16. qv. 7. Menoch. 3. Praesumpt. 108.
Knichen. de Iure territor. c. 3. n. 89. seqq. Ming. de Su-
periorit. territor. c. 1. concl. 16. Reinking. de Reg. Se-
cul. § Eccl. L. 1. cl. 5. c. 3. n. 19.

und aber die Landes-Huldigung für eine unfehlbare Bür-
 dung ermeldter Obrigkeitlichen Hoheit gehalten wird.
Vol. 3. Cons. Marpurg. 39. Vol. 2. Cons. 25. n. 45. it. Con-
sil. 30. n. 98. Knichen. de Iure territor. c. 3. n. 168. Rein-
king. de Reg. Sec. § Eccl. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 3.

Hierüber nicht allein mehrere Rechtslehrer /
 secundum Ritterum *de Homagio C. 5. Concl. 101.*
 sondern auch eine hergebrachte beständige Gewohnheit in
 Teutschland /

restantibus Zasio part. ult. feud. n. 5. Rosenthal. de
feudis c. 6. concl. 85. n. 8. Knichenio 3. Encyclop. n. 50.
seqq. Gailio de Arrestis Imperii c. 7. n. 8.

und insonderheit in Sachsen /

secundum Schwanmannum *Decis. Cam. 10. n. 116.*
 deutlich bewähren / daß ein Landes-Herr / krafft habender ho-
 hen Obrigkeit / ebenmäßig wegen der unbeweglichen Gütere /
 die Besizere / ungeachtet selbige anderwärts wohnhafftig
 sind / zu Abstattung der Erb-Huldigung anzuhalten be-
 fugt / gestalt aus unterschiedenen Scribenten /

als Meichsnero *Tom. 2. Lib. 1. Dec. 6. n. 58. § eod.*
libr. Dec 8. n. 16. § 39. Köppenio Observ. feud. 6. n. 8.
 Schwanmanno *Decis. Cam. 3. § dict. decis. 10.*

zu ermessen/ daß angezogener letztern Meynung auch in des Heil. Röm. Reichs Cammer-Gerichte nachgegangen werde/ Hiernechst/ so viel die Eingangs angeführten Dissentientes betrifft / dieselben meistens auf den eigentlichen End der Unterthänigkeit / (homagium personale) zu ziehlen scheinen / dahingegen die Erb-Huldigung / wegen derer Gütere (homagium reale) allein erwähnte Gütere/ und die auf denenselben haftende Beschwerden anbetrifft/ *arg. l. ult. §. 25. de muner. ubi præstatio ratione bonorum solius possessionis manus dicitur.*

hingegen den Besitzer an ihm selbst / und wegen persöhnlicher onerum, der hohen Obrigkeit des territorii, worinnen die Gütere begriffen / nicht unterwürffig machet/ noch der Pflicht / womit ermeldter Besitzer der Herrschafft des Orts/ woselbst er seinen wesentlichen Aufenthalt hat/ allbereit verwandt / entziehet/

arg. Rec. Imp. de Ao. 1548. §. wiewohl auch / & de Anno 1586. §. in Fällen aber / it. Pacific. Osnabr. de Ao. 1648. art. 5. & Actorum in causa Oetenburg contra Beyern / apud Meichsnerum tom. 3. Dec. Cam. 6. per tot. conf. Besoldus Diff. de iure & Imper. Imper. civitat. cap. 5. n. 12. ubi ex quorundam civitatum subiectarum exemplis & iuramentorum formulis concludit, homagium non semper subiectionem inducere.

Wie denn solcher gestalt nicht abzusehen / warum nicht einer wegen unterschiedener Gütere auch unterschiedene Iurisdictiones recognosciren/ und folglich denenselben sich vermittelst der Erb-Huldigung verpflichten könne/ inmassen abermahl

Thilmannus de Benignis *Synt. 4. Dec. 1. Vol. 10. n. 18.*

Vietor.

Victor. *dict. tr. concl. 36.* Reinking. *de Regim. sec. 5*
Eccl. L. 1. Cl. 5. c. 4. n. 33. § 37.

mit Exemplis etlicher Reichs-Städte erhärten / bey welcher Bewandniß denn die hohe Obrigkeit des Obern-Fürstenthums hierbey sich einiges Eintrags nicht zu befahren / bevorab / da die geforderte Erb-Huldigung / so ohnediß sonst / zumahl in Ansehung derer oben angezogenen Ursachen stricti iuris ist / nach Gelegenheit dißfalls eingerichtet / und umschräncket wird /

tum enim incivile fuerit, ex nuda illa exteriori iuramenti præstatione, non inspecta conditionum appositarum qualitate, de tota causa iudicare velle, ait Bruning. *de variis universitat. specieb. Concl. 33.*

So erscheinet dannenhero so viel / daß obberührter Stadt / wegen derer beyden iure allodii ihr zukommenden Dörffere / der hohen Landes-Obrigkeit des Niedern-Fürstenthums / worunter sie aniso mit begriffen / die geforderte Erb-Huldigung / iedoch nur so viel angeregte beyde Dörffere / und die darauf haffende Onera, betrifft / demnach des der hohen Obrigkeit des Obern-Fürstenthums allbereit geleisteten Homagii personalis, und andern derselben über ermeldte Stadt zustehenden Gerechtigkeit / allenthalben unbeschadet / abzustatten / in Stande Rechtens sich nicht entbrechen mag. **B. K. W.**

§. XXVI.

Ex quibus quidem Responsi Vitembergensis verbis duo inprimis discimus, alterum, idque præcipuum: homagium etiam extraneis ratione bonorum immobilium, quæ possident, imponi posse; al-

D

terum

*Saxonia
usus.*

terum, eiusmodi homagio ipsam iurantem personam in se & ratione onerum personalium magistratui territorii, sub quo bona sita sunt, non subiici, neque fidei, qua alioquin obstructa est magistratui domicilii, quicquam detrahi. Verum enim vero quemadmodum prædictum Responsum extra Saxoniam nostram datum fuisse, ipse contextus in facto non obscure indicat: ita, ex commemorato homagio etiam subiectionem personæ, inprimis vero competentiam fori in actionibus personalibus, apud Saxones dimanare, ex iis, quæ modo dicta sunt, satis liquido revincitur, ut inferius pluribus dicetur.

§. XXVII.

*Huc quoque
pertinent si-
multanee in-
vestiti; non
eorum filii.* Amplius huc quoque revocandi sunt simultanee investiti, quum hi etiam, quamvis alibi degant, iuramentum debeat; non tamen perinde eorundem filii, quoad vivat pater, Carpzov. 2. Resp. 12. qua de re plura infra §. 36. seqq. agemus.

§. XXVIII.

*Personæ non
præstantes
Homagium
quæ?
Pupillus.*

Demonstravimus hætenus, secundum definitionis verba eos ad præstationem iuramenti fidelitatis & subiectionis adigi, qui in Saxonia domicilium constitutum habent, vel bona possident. Plane ad iuramentum hoc non adstringitur Pupillus, qui neque renovationem investituræ petit, nisi pubes factus sit, tum enim est feudi potens, Lehnbay / sine tamen iuramenti religione. Pubertas autem iure feudali Sax. est 13. annorum & 6. hebdomadarum Schilt. C. I. Mulieres & feud. c. 50. §. 2. Mulieres porro & Clerici incapaces Clerici pa-regulariter feudalis dignitatis sunt, etiam ex equestri ordine

ordine oriundi; nisi (1) de feudo Imperii investiti *viter non*
 sint ab ipso Imperatore, Schilter. *C. I. feud. c. 3. §. 1. & præstant*
seq. ubi Schenkii affirmantis rationibus satisfacit. (2) *Homagium,*
 nisi investiti investitæque una cum fratribus sint & *tanquam*
 possederint feudum in solidum pro indiviso, Schilt. *feudorum*
incapaces.
cit. loco §. 6. quo casu fœmina per substitutum mili- *nisi in duo-*
 taria officia præstat. quin enim laxare naturam re- *bus Casibus.*
 rum feudalium Princeps possit, dubium nullum est.

§. XXIX.

Ceterum per se necessarium haud est, ut feuda *Feuda ab*
 non nisi a nobilibus possideantur, nec, qui possidet *ignobilibus*
 feudum, plebeius, nobilitatis dignationem adipisci *possideri, non*
 tur, licet fidelitatem iuret, quæ alioquin a subiectione *implicat.*
 ne distinguitur, ut nobilis a plebeio *arg. 2. feud. 10.* Et
 quamvis id olim observatum esse, concedamus, ut
 feudorum possessione soli nobiles valuerint, ta-
 men nobis non servatur usu, & usque adeo Provin-
 cialibus legibus iam ab Ao. 1666. cautum reperitur, ut
 non videatur usque quaque probandus mos ille, quo
 Landsassii ignobiles, vel non antiquissimæ stirpis, a
 comitiis provincialibus, ubi in commune consulere &
 sententiam proferre Ordines Provinciales debent,
 arcentur, cum tamen Ius Status provincialis in re-
 gionibus Principum Germaniæ non ubique sit ve-
 ra dignitas personæ, sed cum certorum bonorum
 possessione cohæreat, cuius solius respectu nobilis ad
 Comitiam vocatur. *Fritsch. cap. 4. §. 2. tract. von denen*
Landtâgen. Reink. de regim. secul. & Eccl. lib. 1. class. §. cap.
20. n. 26.

§. XXX.

Sed nec illi, qui superioritate territoriali minus
 plena

Qui superioritatem territorialem minus plenam habent, a prestatione homagii immunes non sunt.

plena gaudent, ut nonnulli Episcopi, immediatos se & homagio exemptos probare possunt, ex generali principio territorii clausi, de quo supra. Hos enim, Status mediatos saltem esse, comparitio in comitiis, ratione Episcopatum a Canonicis suscepta, & consensus Superioris in electionem novi Episcopi necessario requirendus, revincunt. quæ prærogativa, non competit, nisi Regibus & Principibus, in quorum regnis & principatibus Cathedrales Ecclesiæ sunt constitutæ *C. 14. X. de Elect.* Conf. pluribus Strauch. *Diff. I. Publ. c. II. §. 12.* Cui sententiæ convenienter Icti Vitembergenses responderunt, teste Hortledero *von Ursachen des Teutschen Krieges lib. 5. c. 12.* Huc pertinet distinctio Schilteri *C. iuris feudalis cap. 42. §. 6.* inter superioritatem plenam, & minus plenam, quarum altera dicitur etiam sublimè ius territorii *Landes-Fürstliche Hoheit* / alteram sub se comprehendens.

§. XXXI.

Casus personæ miserabilis, ratione fori ad Episcopum M. provocantis.

Ex hoc eodem fundamento vidua civitatis D. sub ditione Episcopatus M. sitæ, privilegii miserabilium Personarum in *leg. ult. C. quando Imperator* memor, cum ad supremum omnium iudicem provocasset, quem M. Episcopum putabat, responso Vitembergensium ad E. S. ablegata est, quasi qui solus in terris S. summus omnium iudex sit & Imperator.

§. XXXII.

Subiectum passivum iuramenti fidelitatis & subiectionis

De Subiecto activo, Vasallo-Subdito, obligato ad præstandum homagium, dicta hæc sufficiant; Ac, cum de passivo seu eo, cui iuratur, hinc inde, prout occasio tulit, interspersa quædam sint, de eodem tanto hic erimus breviores. Est vero Dominus territorii

rii (in cuius potestate definienda autores varie dis-
 sentiunt; unde Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. territo-*
 riales, ait, potestatem nec legibus expressam, nec
 usu iuris satis definitam, aut certis limitibus circum-
 scriptam, adeoque iure scripto incognitam, & solis
 moribus introductam, varieque usurpatam, *L. 1. cl. 5.*
c. 3. n. 2. Conf. pluribus *Leit. Diss. de Schriftfassis &*
Amtfassis §. 15.) qui habet omnimodam iurisdictionem,
 & omnia sua potestate complectitur; unde ter-
 ritorialis potestas dicta, quæ quia nihil exprimit, ple-
 nissima dicitur. Nec moramur Oldenburgerum
in notis part. 1. disp. 23. n. 2. qui, aut non plenissimam esse
 Ordinum Imperii potestatem, aut eos non esse subdi-
 tos Imperii, contendit, cum contraria sint, statum esse
 Imperii, & subditum. Enimvero vocabulum subditi
 civisque, quod suo modo etiam maiori statui com-
 petit, ab omni imperfectione politica purgandum
 est. Conf. *Rhetius Inst. 1. Publ. lib. 2. tit. 3.* ne iuri &
 potestati territoriali sit inimica, quæ si non summa
 est, sed summæ subalterna, proprio tamen iure com-
 petit, & in omnes territorii personas & res, nulla
 earum excepta, exercetur. Suo autem & heredi-
 tario iure possidere Principes, Electores maxime,
 territoria sua, res explorata, & argumento est inter
 alia, quod Vasalli, feudum alienaturi, ipsorum qui-
 dem consensum adhibere, non vero hi Imperatoris,
 habeant necesse; neque ad oppignerandas quidem
 terras & præfecturas, quod experientia testatur. *Zœ-*
fius de feud. Cap. 9. §. 22.

est Dominus territorii, cuius potestas describitur.

Respondetur Oldenburgero dissentienti.

§. XXXIII.

Principi tamen iuventutis, vivente patre, homa-
 gium

Principi Iuventutis, vi-

D 3



vente patre, homagium non præstatur, nisi eventualiter. gium non præstatur, nisi eventualiter, non nominato tamen ipso, sed generali vocabulo successorum incluso; unde Principes filii plerumque solennitati præstandi homagii adesse solent. Neque opus erat, ut successurus iuramento includatur, cum iusiurandum defuncto præstitum, quod ad vinculum obligationis, sui natura transeat ad heredes, Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 35. n. 3.* hinc repetitio hæc non tam ex necessitate, quam maioris cautelæ gratia, adhibetur. Exemplum est in Rege Romanorum Iosepho, qui capitulationem iuramento confirmavit; sed ipsi adhuc Ordinum iuravit nemo.

§. XXXIV.

Statui Politico & Christiane doctrinæ non repugnat, vasallis subditisq; per omnia & in omnibus imperari.

Formam iuramenti fidelitatis fecimus imperium indefinitum Principis in subditos, quando per omnia & in omnibus imperari Vasallis nostris posse, asseruimus, moti auctoritate Besoldi *in tb. præct. v. Landsassen* aliorumque, qui uno ore Landassios in Saxonia sic definiunt. Et sane ordo imperantium ac parentum hoc involvit, ut sola subditis parendi gloria relicta sit, non aliter ac servis, quibus, ut dominis suis subiecti sint, Paulus subinde inculcat. *1. ad Timoth. 6. vers. 1. & 2.* Regum imperia dominorumque exæquando. conf. *Leis. d. Disp. n. 32.* ubi Landassiatum magnam cum servitute convenientiam habere, testem Grotium excitat; quod christianæ doctrinæ, quæ nil nisi libertatem spirat, non est contrarium, dum & ipsa civile Imperium conservat, & toties magistratui politico obediendum esse, imperat, nec statuum differentias, si servilem ex sensu Romani Iuris excipias, tollit.

§. XXXV.

§. XXXV.

Quamvis vero Vasalli regulariter meliori loco *Bavaria, Pa-*
 habeantur; tamen in Saxonia inprimis conditio *latinatus*
 ipsorum ab ea, quæ est subditorum, parum videtur *Rheni, Has-*
 discrepare. cuius rei ratio ex nexu utriusque iura- *sie, clausa*
 menti, ex observantia ita explicari soliti, est peten- *territoria*
 da. neque enim eandem ubique vim iuramenti fi- *vocantur;*
 delitatis & subiectionis esse, diversitas locorum com- *sed Saxonia*
 probat. sic in Bavaricis Regionibus, Hassia, Palatinatu *tamen in*
 Rheni, itidem clausis licet territoriis, teste Beckero *fortioribus*
Syn. Iur. Publ. L. 3. c. 4. § 17. non eodem effectus habet; *terminis ta-*
 incivile autem fuerit, ait Bruning. *de variis Universi-*
tatum speciebus, concl. 33. ex nuda illa exteriori iuramen- *le est.*
 ti præstatione, non inspecta conditionum qualitate,
 de tota causa iudicare velle. Quemadmodum enim
 omne iuramentum naturam actus sequitur, ita hoc
 quoque tanto plus minusve imperii & subiectionis
 inferet, prout eius plus minusve observantia intro-
 ductum esse, probari possit. Iam vero non tam de
 aliis, quam Saxonis, regionibus, qua parent Princi-
 pibus Saxonæ, maxime dici potest, quod Vasalli o-
 mnes, sive in Provincia nostra sive alibi domicilium
 habeant, etiam quod ad personalia, conveniantur.
Berlich. part. 1. conclus. 3. n. 10. cum alias regulariter non
 nisi ex contractu feudali teneantur. *Schrader. disput.*
inaug. de foro compet. tb. 84. Vnde conficitur, homa- *Nullum in*
 gium personale & reale, quorum illud ab indigenis, *Saxonia*
 hoc vero ab extraneis, ratione bonorum sub alio *homagium*
 principe sitorum, præstatur, & solius possessionis *reale est,*
 munus dicitur *leg. ult. §. 25. de munerib.* incognitum esse *omne perso-*
 in Saxonia, ubi omne homagium personale, nullum *nale.*
 reale;

reale; quod ex ipsis rerum argumentis perspicere licet. unde Richter *tract. de sign. Adverb. tit. 1. n. 8.* distinctionem hanc insoitam minimeque fundatam vocat; dum cuncta in obligationibus ad obsequendum consent, quæ iuri in personam, non ad rem, vel in re, respondere, certum est. Eyben. *in elect. juris feud. cap. 11. §. 17.*

§. XXXVI.

*Simultanee
Investiti in
Saxonia
tam actioni-
bus persona-
libus, quam
realibus,
conveniun-
tur.*

*Quia fedi-
dali jure,
quod simpli-
citati natu-
rali propius
accedit, tra-
ditione non
est opus.*

Accedit illud Saxonicae regionis singulare, quod simultanee investiti perinde, ut immobilia possidentes, tam personalibus, quam realibus, actionibus conveniantur, Consult. Sax. tom. 3. part. 3. quest. 2. Carpzov. 2. Resp. 12. §. 6. R. 115. Decis. 179. Proc. 3 art. 6. Quod quidem non solum in curiis provincialibus & Senatu Electorali Dresdensi, secundum Carpzovium Proc. 3. ult. 35. sed & ceterorum Saxoniae Ducum aulis valere, eiusque rei causam genuinam esse die vöilige Landsasserer/ ab omnibus peræque Saxoniae Ducibus in suis provinciis per longam consuetudinem & præscriptionem acquisitam, doctore Sekendorffio, tradit Schilterus *Diss. de Landsaff. cap. 6. n. 34.* unde κατ' ἐξοχήν simultanea investitura Saxonica dicitur. Schilter. *C. Iuris Alem. feud. cap. 16.* Ex quo quid aliud, quam ius reale, acquisitum dicamus, quod Carpzovius *in processu 3. 4. 54.* Schilterusque *Exercit. 13. tb. 27.* simultanee investitis tribuunt, non attento, quod ius Civile alioqui traditionem requirat. Cogitandum enim est, patria iura viguisse, cum incognita civilia essent; illa vero in transferendo dominio simplicitatem iuris gentium sequi, qua nihil tam naturale est, quam voluntatem domini, rem suam in alterum transferre volentis, ratam

tam haberi *leg. 9. §. 3. de acquir. rerum dom.* quæ genuina ratio est, quamobrem statim perfecta emtione transferatur periculum in emtorem; non, quia venditor est debitor certæ speciei, sed quia naturali ratione dominus factus est emtor, cui res sua perit *leg. 9. C. de pign. act.* quod hæctenus negat ius civile, ne quid principiis illius, quibus traditio, ut efficacior translatio sit, introducta, Schilt. *ad Inst. lib. 2. tit. 1. §. 35.* contrarietur. Ipsa enim traditio non est ultimus actus domini, sed corporalis detentionis abdicatio. actus namque domini ille censetur, qui a domino libere exercetur; atqui implementum illud contractus, traditio, non libere, sed ex necessitate fit. hinc est, quod debitor speciei dicatur venditor, quasi qui omni momento post contractum ad rem tradendam teneatur.

§. XXXVII.

Quæ æquitas, naturali ratione suffulta, movit, *Quam &* conditores iuris civilis, ut in aliquibus casibus tra- *Ius civile in* dendi necessitatem remiserint, ut exemplo legati, & *aliquibus* per iudicem factæ rei adiudicationis, constat. Imo *casibus re-* omnis investitura, abusiva etiam signis declarata, vice *mittit.* traditionis est, Modest. *Pist. P. 2. quest. 15. & 17.* Præ- *Investitura* sentem vero fuisse rem, quod iure civili necessarium, *vice tradi-* præsumi hic, volunt iuris Feudalis Doctores, modo *tionis est, eti-* verbum investiendi inveniatur. Mascard. *de probat. 3.* *am abusiva.* *C. 119. n. 22.* quod verbum, uti Germanicum *Lehnen /* *belehuen /* tradere significat. vid. Glossarium Du Fres- ne & Lindenbrog. *in C. leg. antiq. v. traditio.* quum omnino verba cum effectu sint accipienda; alioqui simultanee investitus non re sed nomine talis esset,

E

cessa-

cessarentque effectus, ceteroquin ex iure reali oriundi, de quibus mox. Sane in Curia nostra feudali solenne est, sine ullis signis investituras celebrari, quippe quæ ex legislatoris arbitrio dependent, atque adeo, salva re ipsa, adesse & abesse, adhiberi & omitti possunt. Conf. Eybenius *in elect. I. Feud. c. 5. §. 8.*

§. XXXVIII.

*Not. Schil-
terus posses-
sionem si-
multaneæ In-
vestito tri-
buens.*

Neque tamen eo extendimus ius simultaneæ investituræ, ut possessionem vel quasi eidem cum Schiltero *disp. de iure simult. Invest. §. 2.* tribuamus; hac enim in acquisitione derivativa, ut dominus ego & ius in re habere dicar, opus non est. unde Besoldus, dominium, ait, pro iure proprietatis sumtum, omnino sine possessione acquiri posse, licet non pro dominatione ipsa, *in delibat. Iuris ad lib. 41. qu. 6.* Secus in originaria, ubi nec iure naturali quis dominus ante apprehensam possessionem vocatur, cum res non occupata alii occupanti cedat *l. 3. pr. ff. de A.R.D.* Quamvis deinceps se explicet & per possessionem vel quasi, quam prædixit, intelligi cupiat condominium, possessum ipse Schilterus *Ex. ad π. 13. tb. 27.*

§. XXXIX.

*Effectus si-
multaneæ
Investitura,
Iuris realis
indices, tres
recensiti.*

Sed & effectus tam insignes simultaneæ investituræ nullam aliam, quam iuris realis præsumptionem, admittunt; quales sunt, quod (1) in foro Saxónico omni casu cogantur comparere taliter investiti, (2) facultatem apprehendendi possessionem, apertura facta, habeant, uti heres ipsius hereditatis, vi iuris, quod competit, realis. (3) actio revocatoria feudi alienati, de quo simul investiti sunt, competat, quæ
quando

quando locum habeat, accuratius paulo est monendum.

§. XL.

Distinguendum est inter feudum alienandum & alienatum. priori casu separanda sunt rursus debita allodialia a feudalibus. In allodialibus sine discrimine nulla est alienatio. In feudalibus vero debitis, si feudum alienandum, ius offerendi habet simultanee investitus, consequendique adeo feudi, exsolutis debitis. quod si vero deinceps debitum feudale se exhibuerit, quod quidem aptum sit ad procurandam subhastationem, quum actu causam occasionemque eidem non dederit, vix est, ut subhastatio, antea ob debita allodialia facta, per concursum feudalis convalidetur, propterea, quod eiusmodi subhastatio simultanee investitis non præiudicet, sed illi ipso iure semperque tuti sint, atque adeo nec opus habeant ad eam impediendam iure offerendi, exsolvendique debiti feudalis. Quamvis secus dicendum videatur, si quidem creditor feudalis ante elapsam fatale subhastationis, eandem, a creditoribus allodialibus impetratam, continuari, petierit. Amplius, alienato iam feudo, iure retractus uti necesse est, refuso eodem pretio, Stryk. *Exam. I. Feud. c. 20. quest. 4.* sed si non consenserit simultanee investitus in debita, nec lege ita imperante eorum nomine teneatur, omnino imprudenter agit revocando feudum, non expectata successione, morte venditoris delata; tum enim nullo pretio feudum recipitur. Quamvis vero filiis quoque vulgo ius revocandi tribuatur; tamen eis illud competere, verius negaveris, ut docuit Struvius

*Quando competat a-
lio revoca-
toria simul-
taneæ Inve-
stito.*

*Ex Iure si-
multanea
Investitura,
non sangui-
nis, succedi-
tur.*

Syntagm. iur. feud. c. 13. apb. 16. n. 5. seqq. Ex his illud porro fluit, quod nemo spem potiundi aliquando feudi, five antiqui, five novi, habens, simultaneam investituram omittere, *Carpz. part. 2. const. 45. def. 17.* & subterfugere adeo possit, quominus subditus Saxoniae efficiatur; neque tamen investituram ipsam adeptus, ex iure sanguinis aut agnationis, sed ex hac simultaneae investiturae, subinde renovatae, specie succedat. *Schilt. Cod. jur. feud. Alem. cap. 16. §. 1.* quae omnia secus iure communi, *Berlich. part. 2. concl. 53. n. 24.* qui quamvis in feudo novo sine investitura simultanea iure communi succedi posse, neget, *cit. loco*, tamen ea multum diversa est ab illa, quam κατ' ἐξοχήν Saxoniam dici, praecipimus, *Itter. de feud. Imp. c. 10. n. 9.*

§. XLI.

*Iure com-
muni tres
simultanea
Investiturae
species sunt.*

Iure enim communi quidam simul ita investuntur, ut aut feudum in solidum, & pro indiviso possideant, eoque utantur *1. f. 1.* aut pro diviso, ita ut ex uno feudo duo videantur facta *2. f. 12.* aut demum, ut uno feudo tenente, illius consensu alius de eodem simul investiatur, in possessionemque mittatur, *1. f. 3.* *Struv. Synt. jur. feud. cap. 9. apb. 14. n. 1.* Cum nulla harum investiturarum affinitatem habet haec, de qua inpraesens agimus, Saxonica, excepta ultima, a qua tamen, possessione, adhuc differt, quam Saxonica non tribuit.

§. XLII.

*Vasalli infi-
gni prero-
gativa pol-*

Quamvis vero definitio nostra, cum per omnia & in omnibus imperari Vasallis Saxonis posse, diximus, ad subditos mere tales applicari possit; sciendum

dum tamen, insigni prærogativa dignitatis & iurisdictionis, duplicique respectu gaudere Vasallos, ad superiorem altero, altero ad subditos suos, quibus ipsi præsumunt, *Besold. thesaur. pract. v. Landsaß* / quod ipsum de illis maxime valet, qui bona in territorio Saxonico possident & præterea Landsassii vocantur, quæ vox in sola fere Saxonia nota est. Est enim rite explicandum hoc vocabulum, ut distinguatur a Landsassiatu, quo quivis, in Saxonia bona saltem possidens, pro plenarie subdito habetur, Landsassiorum vocabulo ad solos inhabitantes, cuiuscunque alias dignationis & loci, restricto. ut appareat, vocis abstractivæ *Landsasserey* / ambitum ampliorem esse, quam concreti *Landsaß*. *Schilter. diff. de Landsaß. c. 2. §. 15.*

lent, respectu cum ad Principem tum ad subditos, quos sua Iurisdictione continent.

Landsassiatus acceptio latior est, quam Landsassii.

Res ipsa in omnibus mediate subiectis conspicitur, quamvis vocem Landsassiatus non usurpent omnes.

Territorium ut clausum dicatur, duo requiruntur: Imperium in homines, & certum terre spatium, homines comprehendens.

§. XLIII.

Quamvis itaque Landsassiorum nomen in sola fere Saxonia notum sit, non negandum tamen, rem ipsam in omnibus mediate subiectis valere; ut, quemadmodum Status, immediate Imperatori subiecti, Landsassiiis contradistingvuntur; ita mediate tales Landsassiatu subiectum constituent, quamvis id nominis de subditis Statuum Imperii Principum tantum usurpetur. *Leif. cit. disp. §. 20.* qui Superioritatem territorialem, & qui huic respondet, Landsassiatum, duabus rebus constitui, ait: imperio in homines, & certo terræ spatio quo homines circumscribuntur. §. 13.

§. XLIV.

Dividuntur autem Landsassii in *Schriffassios* & *Ambtassios*, aut, si mavis, in immediatos & mediatos,

*Divisio
Landsassio-
rum in
Schriffsas-
sios & Ambt-
sassios.*

*Utrorumq;
subdivisio.*

*In Ambtsas-
sios distin-
guenda est
iurisdictio
ab exercitio
dominii di-
recti.
ut i) a con-
sensu in op-
pignoratio-
nem.*

eiusdemque fere sunt dignitatis, nisi quod honestius ducant, coram ipsa Principis Cancellaria, quam præfecto aliquo, primam instantiam sortiri, & mandatis Principum, nullo interposito, compellari. Amplius autem Schrifftsassii, sive immediate subiecti, sunt tales (1) ratione *personæ* tantum, veluti officiales immediati, speciatim præfecti militares superiorum ordinum, nec minus illi, so da Wartegeldere bekommen / vid. Dn. Præses *Resol. Lauterbach. tit. de Iudic. pag. 122.* (2) ratione *bonorum* & iterum vel ratione *proprietatis*, vel ratione *administrationis* aut *conductionis*, ut præfecti & quæstores, nec ordinarii tantum, sed & extraordinarii ac vicarii, quos vocamus *Amts-Verweser*. Similiter, Ambtsassiorum alii sunt in *specie tales*, qui præfecturis subsunt, alii *aliorum Schrifftsassiorum* iurisdictioni subiecti, quos tamen cum usus fori vix Ambtsassios appellet, rectius illam Ambtsassiorum partitionem ad Mediatos retuleris.

§. XLV.

Cave vero, ne, quod ad Ambtsassios attinet, iurisdictionem cum exercitio domini directi confundas. Quamvis enim præfecti in Vasallos Ambtsassios immediata gaudeant iurisdictione; tamen iisdem etiam exercitium domini directi non competit, verum hoc soli Senatui Aulico servatur. Ex quo consequitur, præfecturorum consensum in pignorationem feudorum Ambtsassiorum non sufficere, sive, hypothecam, in feudo Ambtsassico constitutam, Præfecti consensu non sustineri, sed nihilo secius invalidam esse, quemadmodum summum Appellatum Iudicium, testante Carpzovio 4. *Resp.* 30. iam ab anno

anno 1641. pronunciavit. Amplius cum *Term. Trinit. 1656.* disceptaretur, utrum præfectus curatorem ad administrandum eiusmodi feudum constituere possit, negantem sententiam maluit amplecti laudatum modo iudicium, propterea quod, quamvis constitutio curatoris proprie ad materiam iurisdictionis pertineat; tamen hoc loco imprimis ad ipsam feudi Ambtsasfici administrationem respici oporteat, quæ eo facilius ad iudicium Curiaë feudalis referenda est, quo magis, idonee eiusmodi feudum administrari, domini directi interest. Ex quo illud quoque dimanat, nec dationem curatoris, veluti fundamentum administrationis, cognitioni eiusdem Curiaë subtrahendam esse. Ceterum in feudis vulgaribus & rusticis, in gemeinen oder Bauer-Lehen / Schulzen- oder Richter-Güthern / in quibus præfectis usus domini directi, imprimis investitura, tribuitur, secus ea sese habere, res ipsa loquitur; quum ab investitura ad consensum in utroque sensu, aiente pariter ac negante, valide argui, liceat.

§. XLVI.

Quæritur vero, in dubio quis Schrifftsasficius, an Ambtsasficius, habeatur? Equidem, cum mandato Electorali de Ao. 1550. tit. Wer vor das Hoff-Gericht möge vorgeladen werden / omnes Vasalli coram iudicio provinciali conveniri iubeantur, in dubio is, de cuius conditione non constat, ad Provincialia iudicia erit citandus, atque adeo præsumendus Schrifftsasficius; cum ea coniectura potentior sit, quæ iuri communi inhæret, quam quæ speciali. Cravetta *Conf. 258. n. 21. conf. Leis. Disp. §. 46.*

*In dubio
quis pro
Schrifftsas-
ficio haben-
dus.*

§. XLVII.

§. XLVII.

*Simultanee
Investitus o-
mnis coram
Principe &
superioribus
iudiciis con-
venitur.*

Porro quæritur de simultanee investito in feudo Ambtsasfico, ubi conveniatur? Sine distinctione, si-
ve in feudo Schrifftasfico, si ve Ambtsasfico simul quis
investitus sit, respondemus, coram ipso statim Prin-
cipe aut curiis provincialibus, quæ concurrentem,
cum Cancellaria PR. iurisdictionem habent, eum
conveniendum esse. Et ut de altero, qui de Schrifft-
asfico feudo simultanee est investitus, nullum dubium
fit; de altero tamen, qui super Ambtsasfico ita investi-
tus est, ambigi poterat, quippe qui eiusdem iuris cense-
tur, cuius ipse vasallus possessor feudi Ambtsasfici, qui
non potest, omissa prima instantia, ad superius fo-
rum trahi. Quicquid vero huius sit, usu fori, in pri-
mis summi Appellationum iudicii, sententia nostra
invaluit, videlicet propter nexum utriusque iurisiu-
randi, quod itidem præstat eiusmodi investitus, at-
que adeo subditus obedientiarius fit, ut Senatus Auli-
cus aliquando iudicavit apud Carpzovium 6. Resp. 115.
Quamobrem sub pœna privationis iuris sui, debet
superioris mandata revereri. Quod autem teneatur
coram supremo Iudicio, omissa præfecti iurisdictione,
stare, ratio est deficiens feudi possessio atque in-
habitatio, ad quam in actionibus personalibus adstri-
cta est prædicta iurisdictione; tum & arbitrium Prin-
cipis, quo ille modo iurisdictionem exerceri, velit
arg. l. 3. pr. C. de quadrienn. prescript. Quin interdum in-
terest, pro Schrifftasfio potius, quam Ambtsasfio,
haberi, & si nihilominus forum primæ instantiæ pro
beneficio reputet eiusmodi simultanee investitus, ex-
pectabit tantisper, donec potiatur feudo. Dn. Præses

Resolus.

*Nexus Iura-
menti fidei-
tatis & sub-
iectionis sub-
ditum obe-
dientiarium
efficit.*

Resolut. Lauterbach. pag. 125. Atque hæc eadem non minus in Ducalibus, quam in Electoralibus, simultaneous de feudo Ambtsassico investitis valere, elucet eodem *Chur- und Fürstl. Haupt-Bergleich c. 15. c. 7.* cuius verba recitat Schilterus *Diss. de Landsass. Coroll. rubr. negatur.*

§. XLVIII.

Amplius fac, Schriftsassium acquirere deinceps *Vbi conveniendus sit* etiam feudum Ambtsassicum, quæritur, ubi sit *conveniendus sit* veniendus? sane, quin in actionibus realibus aut in *Schriftsasserem scriptis, quæ feudum Ambtsassicum attingunt, sius, idemque* coram præfectura illius loci conveniri possit, non est *Ambtsassius?* ambigendum. Sed, si de actionibus personalibus quæstio incidat, eadem difficultate non caret. At enim vero existimem, Schriftsassium, eumque in feudo Schriftsassico habitantem, si deinceps potiatur feudo Ambtsassico, in personalibus coram solo PR. curiisque provincialibus, stare oportere, nullo discrimine, Schriftsassius ille simul sit Ambtsassius Electoralis, an Ducalis, modo in foro Ambtsassico non habeat domicilium. quod & ex analogia iuris conficitur, maxime cum in feudis quoque Ambtsassicis investitura & iusiurandum non coram præfectis, sed cancellaria PR. fieri soleat, & ex verbis des *Chur- und Fürstl. Haupt-Bergleichs c. 15. §. 3.* non obscure colligitur. Conf. Schilter. *Diss. de Landsass. Coroll. rubr. affirmatur.* Quod si vero forum Ambtsassicum inhabitet, tum, eum ibidem actione personali quoque conveniri posse, ius commune facile persuadet.

§. XLIX.

Quare summa sententiæ hæc est: quisquis de *Summa*
F *Ambt-sententia.*

Ambtſaffico feudo ſimultanee vel actu eſt inveſtitus, in actionibus perſonalibus coram Principe convenitur, nullo discrimine, ſive idem præterea fuerit Schrifftſaffius eiusdem PR. ſive minus, modo feudum Ambtſafficum non inhabitet. Ratio eſt, quia etiam in feudis Ambtſafficis Principi immediate iuratur, ab eoque eodem modo recipitur inveſtitura. Et, quamvis ſolum utriusque iuriſiurandi nexum ſingulare forum conſtituere, atque adeo etiam in actionibus perſonalibus ſubiectionem inferre, monuerimus; tamen non oportet nos eo prolabi, ut idem, invita iuris analogia, ad Ambtſafficum quoque feudum, a vaſallo non inhabitatum, producamus, præſertim cum Ambtſaffii non-incolæ proprie Landſaffii non audiant, & ratio diverſitatis inter ipſummet PRincipem, cui immediate iuratur, eiusdemque præfectum, in promptu ſit, neque Principis interſit, utro modo Ambtſaffius conveniatur. Nec obſtat, quod eo tempore, cum præfecti a capitaneis inveſtiuntur, ſimul citari ſoleant Ambtſaffii, ad eumque in denen fürfallenden Amts- und Gerichts-Sachen/ conſveta formula, remitti, eique manum porrigere, ac parere, nach ſeinem Geboth und Verboth ſich zu halten/ und ihme allen Amts-Respect zu bezeigen/ iubeantur. Namque id ipſum, vel de iis ſolum, qui feudum Ambtſafficum inhabitant, vel, ſi quidem etiam non-habitanter attingat, inprimis de effectu actionum realium aut in rem ſcriptarum intelligendum eſt. Neque, cum in quæſtione voluntatis verſemur, eaque Principis erga miniſtrum, nobis licet eſſe liberalioribus, ut ea, quæ iuſſu PRincipis inter præfectum & Ambtſaffios prædicto tempore

pore investituræ aguntur, protinus argumentum subiectionis in actionibus personalibus sine discrimine & extra casum constituti domicilii præbere, existimemus.

§. L.

Distinximus subditos mere tales a vasallis, qui multo digniores sunt, & prærogativa insigni gaudent; non casu & inconsulto, sed ex voluntate Summi Imperantis, & quia gloriosum est, habere subditos non promiscue plebeios, sed dignitate præcellentes, quod maiestatem Principis auget, non minus ac gloria Imperatoris maior est, Statibus Imperii, etiam Principibus, imperasse.

Gloriosum est Principi, habere subditos non promiscue plebeios.

§. LI.

Est autem in primis ratione fori intelligenda distinctio Schrifftassiorum & Ambtsassiorum, non ratione sessionis in Comitibus, & suffragii, quod regulariter utrisque competit, ita ut ius suffragii in Diætis latius pateat, quam Schrifftassitas. Ius enim Schrifftassitatis, quo prima instantia coram Principe acquiritur, non est character essentialis Statuum, sed saltem pars nobilior Statuum Landsassiorum, qui ratione diversæ iurisdictionis ab invicem separantur, pares ceteroqui ratione suffragii, cum & onera equestri ordini competentia ferant. Conf. Sekendorf. *T. S. Staat. Landsassen sind zugleich auch Landstände.* Et quamvis consuetudine sensim invaluerit, quod ratio sumptuum svasit, quæ nimium quantum excrevit, ut Schrifftassii plerumque soli compareant in Diætis provincialibus; tamen eius rei vestigium videre est cum in municipiis nonnullis, quæ præfectis subesse

Schrifftassii & Ambtsassii ratione fori distinguuntur, non ratione sessionis in Comitibus.

Consuetudine invaluit, ut Schrifftassii plerumque soli compareant.

*Schriſſſas-
ſii alii per-
fecte tales,
alii ratione
Dietarum,
non iurisdic-
tionis.*

dicuntur, nec tamen non in Comitibus comparent, & ius ſuffragii exercent, tum & in eo, quod Ambtiſſiorum nomine aliqui eo ex ordine ablegentur, aut Ambtiſſii vices ſuas Schriſſſiis demandent, atque adeo ius ſuum ſervent, obſervantia teſte. Quare Schriſſſii fortasſis iterum ratione effectus duum ſunt generum, alii plene & perfecte tales, alii ſaltem ratione Diætaram five conventuum, non ratione iurisdictionis, quam, præſertim ſuperiorem, quandoque Præſectis competere, obſervantia itidem docet.

§. LII.

*Imperium
Principis in-
definitum li-
mitatur, ne
quid contra
officium boni
Principis
admittat.*

Sed ut revertamur eo, quo nos diligentior Vaſallorum, qua Landſſii audiunt, tractatio abduxit, de forma & effectu iuriſſurandi noſtri ſolicitati fuimus, illumque Imperium Principis univerſale ſine fine modoque conſtituimus. Quod tamen, ne offenda- mus, ita acceptum volumus, ut ſuperior hominem ſe eſſe & miniſtrum Dei, ne oblivifcatur; nec, quæ huic adverſa eſſe ſentiat, committat. Alias debitum obediendi laxamus, ſi quicquam legibus divinis, quas violare fas non eſt, contrarii imperatum fit. Hæc, quæ dicimus, active vera ſunt, non paſſive. Namque iniuſta molientem & pericula etiam vitæ inten- dentem Principem ferre debet Vaſallus, & caſum id infortuniumque reputare; quia reſiſtendi licentia & facultas imperandi ſtare ſimul non poſſunt. Sic enim facile nequiſſimus quiſque propter levem Principis iniuriam, quam illatam ſibi diceret, ſeditionibus Rem- publicam concutere poſſet. Neque obſtat ratio na- turalis, quæ cuilibet ſui deſenſionem permittit *leg. 45. §. 4. ad leg. Aquil.* Etenim ius deſenſionis & reſiſtendi
iniuriæ

iniuriæ nunquam naturale fuit, nisi cum respectu ordinis, quem natura socialis suo fini consequendo supremo loco destinavit. Civili nempe societate instituta, statim civitati ius quoddam maius in nos & nostra nascitur. Grot. *de l. b. & p. lib. 1. c. 4. §. 2.* ut privatus Principi resistere & nocere non possit. Bœcl. *ad Grot. c. 1.*

§. LIII.

Persona Imperatoris excipienda quoque est, ne Vasalli temere quid suscipiant, quippe qui antiquior Dominus est, & Electores omnes eodem homagio obstrictos tenet, nisi tamen & ille rursus inique quid moliat. Regi enim in partem non suam involanti vis iusta opponi potest, quia eatenus imperium non habet, Grot. *de iure b. & p. l. 1. c. 4. §. 12.* Etsi enim alii qui ius belli aut plane non, aut non soli habeant Status, tamen illud habent, quatenus est medium necessarium defendendi iuris sui, cum recipiant æstimationem media ex fine. Quo argumento iustitia belli Electoris Saxoniae Friderici contra Cæsarem Carolum Quintum defenditur.

Persona Imperatoris, ut antiquioris Domini, eque sancta habenda est, ac Domini territorialis.

Nisi in partem non suam involet.

§. LIV.

Supra plura commemorata sunt, quæ eo pertinent, ut Vasalli nostri subditis haud sint dissimiles, scil. quod ad subiectionem, non quod ad statum; hinc sequentia de meliore Vasallorum conditione adicere visum est. primo, quod rustici plerumque nobilium iurisdictioni subiecti sint. quæ private, an cumulative, sit penes Vasallum? pervulgata est quæstio. Schilterus respondet, Dominium iurisdictionis utile esse penes Vasallum, directum penes Dominum, & alterum

Prestantia Vasallorum adstructa.

Num iurisdictionis private sit penes Vasallum?

rum consistere in iurisdictionis exercitio, alterum neque private, neque cumulative, neque subordinata vasallo concessum, sed omnino reservatum domino, propterea quod subiectio non a sola iurisdictione, sed a iure territorii maxime dependeat, cuius intuitu tamen maneant subditi. *Diss. de Landsaff. p. 462.* Ex Iurisdictione Vasallis concessa dimanat ius Fisci, quo bona vacantia acquirunt. *Sixtin. lib. 2. de Regal. 9. n. 60.* Hinc quoque onera iurisdictionis ferre debent, non subditi, nisi alia sit consuetudo. *Heig. part. 2. quest. 23.* aut pactum desuper ab eo, qui iurisdictioni præest, cum subditis initum, quod quidem, sicubi ad causas criminales adstrictum sit, cum effectu capiendum, monet Dn. Præses *Resol. Lauterb. de conduct. furtiv. pag. 212.* Porro ius collectandi habent, si debitum a communitate sit solvendum, aut negotium publicum, quod universim utile est, suscipiendum.

§. LV.

Vasallus habet ius subinfeudandi, sed iisdem conditionibus, quibus ipse tenet.

Neque impeditur Vasallus, quo minus utile Dominium feudi iisdem conditionibus, quibus possidet, transferre in alterum possit 2. F. 9. ita ut non commoditas solum, sed & ius transeat, certe in actu secundo, cum utilitas rei & possessio in solidum non nisi penes unum esse possit. Sed iisdem conditionibus id fieri oportere, prædiximus, ne iniqua conditio domino directo inferatur tertii facto. Vnde, cum quæsitum esset, an subfeudatus, ad exemplum aliorum Vasallorum, gaudeat facultate coquendi cerevisiam, quantum satis sit ad vitam communem, sine tributo, Steuræ debito? affirmative responsum est in Collegio Vitembergensi, cum provincialibus legibus

ven-

vendendi saltem aliis cerevisiam facultas adempta sit
 vasallis *Resol. grav. de anno 1661. tit. von Justitien §. 121.*
 Iam Privilegium latissime interpretandum, ut nulli
 Vasallo, nec infeudato, id denegetur.

§. LVI.

Hæc sufficiant dicta de forma & effectu nexus
 fidelitatis & subiectionis. Superest, ut, quomodo idem *Modi, qui-
 bus nexus*
 dissolvatur, breviter admoneamus. Sicuti autem *solvitur.*
 morte vinculum iuramenti desinit; ita quoque dere-
 lictione seu amisione feudi, cuius intuitu iuravit
 Vasallus, nexus ille solvitur, cum non in infinitum
 obligatio duret, sed quamdiu respectus ad bonum
 immobile extat. quamvis ipsum Homagium inde-
 finitum illimitatumque præstetur, non possessione re-
 rum immobilium, non domicilio certo, circumscri-
 ptum. Tum &, si qualitas feudalis contra dominum
 directum præscriptione excludatur, ita ut ex feudo
 allodium fiat, dissolvitur ille iuramentorum nexus
arg. text. 2. f. 26. §. si quis. Ita quoque operis rusticorum,
 quibus opus habuit dominus, nec exegit tamen 30.
 annorum spatio, præscribitur, secus si non indiguerit
 iis, quia in facto consistunt, *Rhet. jur. feud. p. 449. Conf.*
Dn. Hornii Disp. de Præscriptionibus Feudi. §. II.

§. LVII.

Non negligenda hoc loco videtur quæstio, an ad- *Vtrum au-
 ditamentum Saxonicum unius anni, 6. hebdomatum, gmentum*
 & 3. dierum hic requiratur? vel an non potius, cum *Saxonicum*
 Vasalli nostri subditi sint, contra Principem præscri- *in præscri-
 ptione feudi*
 bentes immemorali tempore se tueri, habeant neces- *obtainat?*
 se. Respondetur: contra Principem, qua Principem,
 non valere nisi immemoriam præscriptionem, sed
 contra

contra illum, qua Dominum directum, præscriptio
 iurisfeudalis communis sufficit; at in Saxonia cum
 anno & die. Carpzov. 2.4. def. 16. cuius rei licet nullas
 ipse rationes afferat; tamen defendi hæc affirmativa
 insigniter potest ex eo, quod additamentum hoc in
 aliis iuris Saxonici feudalis materiis inveniatur præ-
 ceptum approbatumque. Namque intra annum &
 mensem renovatio investituræ petenda, & nemo feu-
 dipotens habetur, nisi qui annum decimum tertium,
 sex hebdomadas, cum tribus diebus compleverit. Ne-
 que nos movet Schraderus *de feud. part. 5. c. 4. n. 18.* qui
 textum iuris provincialis urget, *lib. 1. art. 28. de præscript.*
rerum allod. conceptum, quem propterea striete in-
 terpretandum esse, ait, ne statutum exorbitans a iure
 communi latius, quam par est, extendatur. Sed enim
 analogia iuris feudalis docet, Saxonem, rigidissimum
 legum suarum defensorem, voluisse additamentum
 hoc in omnibus præscriptionibus etiam contra se ob-
 servari; ne iniquior eius conditio sit, quam subdito-
 rum. Quid? quod non omnibus approbata fuerit,
 doctrina Schraderi, ius nostrum Saxonicum Statuta-
 rium existimantis, quod quanto antiquius usu est Ro-
 mano, tanto magis commune in foro nostro haben-
 dum est, Conf. Schilter. *Exercit. 43. tb. 53.* Sed ne iustum
 Disputatio modum excedat, finem hic operi imponi-
 mus, Summo Numini grates persolventes, quod men-
 tem deficere & vires in incepto non sivit. Faxit
 idem, ut nexus hic, quem explicavimus, perpetuus
 sit, & indissolubilis, nobisque iste studiorum secessus
 semper a turbinibus tutus fervetur.

S. D. G.

Q.R. 164. (11)
DISSE

IVRIS
FIDELITA
CO.

IO. HENR
Potentissimi R
ris Saxon. in sum
liario, Collegiorum
sunt, nec

Publicae eru
Ad Diem

IOHAN
BO

Typis CHR

Ve
1586
21.

1378046

DI,
TIO

D, D.
lecto-
Confi-
bergae

BIBLIOTHECA
MUSIKALIS

VS

21.
Kir. A. p. 269.

